UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Prima pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Visual Library

retinet virtutē eius vel alteri communicat. non ē poteſtas crea-
ta ſed diuina. poteſtas vero excellentie creata eſt. ſed eā ſibi reti
nuit chriſtus iſto modo ꝙ aliis eā dare potuerit. filij aūt ado-
ptati miniſtri ſunt vnici. vnicus habet poteſtatē adoptati mini-
ſteriū. Itē non qꝛ ex omnibꝫ que apparuerūt ſup chriſtū bapti-
ſatū manifeſtabatˀ eum eſſe filiū dei. ſed ex hoc potiſſime. qꝛ vox
patris audita ē. hic ē filius meus ꝛc. vñ querit criſo. quare nō
crediderunt iudei hac apparente viſione chriſtū eſſe filiū dei. Et
rñdet dupliciter. Primo qꝛ ad credendū nō ſufficit viſio corpo
ralis ſine viſione mentis. qua iudei carebant. iſa. 6. Exceca cor
populi huius ꝛc. Si eñ non crediderūt miracula facienti. nō mi
rū ſi etiā viſa columba manſerunt increduli. Secūdo dici poteſt
qꝛ non oēs. ſed io. tñ aut etiā qui deuotius erāt diſpoſiti iſtā
apparitionē viderūt ꝛc.

Dominica ſecunda poſt epiphaniam. Prima pars ſermonis xxi

Nuptie facte ſūt in chana galilee ꝛc. Jo. 2. Tñ dei filius noſtris ꝯdeſcendit humanis. vt etiā carnales nuptias ſui pñtia honorare ꝛ operatione miraculi ſanctificare voluerit ſic pñs atteſtatˀ euangeliū. cuius tres ſunt ptes. In prima ponitˀ nuptial preparatio. ſed deficiens. In ſecunda virtualis operatio ſubueniens. ibi. dicit mr. In tercia rei facte commendatio excellens. ibi. et dixit eis ihſus haurite. Circa primū quatuor tanguntˀ. ſcꝫ nuptiaꝝ locus. ꝯuentus. affectus. et chriſti aſſeſſus. ¶ Propter primū dicit: Nuptie facte ſunt: hoc actū eſt completo anno ex quo chriſtus baptiſatus eſt eadē die in chana. qui ē vicus ꝓuincie: galilee: putant quidam has nuptias Ioħ. fuiſſe euangeliſte. et inde vocatū eſſe a dño ad ꝑpetuā virginitatē ſeruandā. quod nō eſt certū. Nota qꝛ iſte nuptie carnales auctorem hñt deuꝫ. ſic dicitˀ gene. 2. Quia deus formauit mulierē vt eſſet adiutoriū viro. ſic aūt dicit aug. ſup gene. ad lrām. Non īuenio ꝓpter qd adiutoriū ſit creata mulier. niſi ꝓpter generationē. in cunctis eñ aliis miniſteriis melius iuuat vir viꝝ ꝙ mulier. ideo vtriqꝫ dixit deus. gene. 1. Creſcite et multiplicamī ꝛc. et vt dicitˀ mat. 19. Deus ipſe legeꝫ mrīmonij ordinauit. ſic ait adā viſa muliere. hoc nūc os ex oſſibꝫ meis ꝛc. quāobrē relinqt homo feminam patrem ſuum. et homo maſculus matrem ſuam et adherebit vxori ſue. et erunt duo in carne vna. quibus maritalis ꝯcubitus ſic determinatˀ. vt omnis concubitus vici oſus

excludat̄. Nā qui hoc qd̄ primo dicit. hoc nūc os ex oſſibꝰ me=
is ⁊c. excludit beſtialitatē. Itē in eo ꝙ dicit. hec vocabit̄ virago
excludit̄ ſupgreſſionis abuſus. Itē per hoc ꝙ dicit quāobrem.
id eſt ꝓpter maritalē copulā relinquet hō patrē et mr̄em ſuaꝫ.
excludit inceſtū ne filie pr̄i aut filio mr̄i liceat ꝯiungi. qui ſolus
gradus ꝯſanguinitatis fuit a principio excluſus. ꝓpter hominū
paucitatē. Itē p hoc ꝙ ait. adherebit vxori ſue. excludit fornica
tionē que ē ꝯcubitus ſolutoꝝ. Itē per hoc ꝙ dicit ſue. excludit̄
adulteriū. Itē per hoc ꝙ dicit duo. excludit mollicei viciū. Itē
p hoc ꝙ ait in carne vna. id eſt in vna ꝓle. excludit flagicium
ꝯ naturā. Inſtitutionis aūt mr̄imonij due ſūt cauſe ꝑncipales
vna ē nature officiū ad multiplicationē ſcꝫ generis humani. et
hac de cauſa etiaꝫ ante peccatū in ꝑadiſo fuit inſtitutū. ſic dicit̄
gene. 1. Creſcite et multiplicamini. et malach. 2. Deus vnus q̊
inſtituit mr̄imoniū. quid querit ex h̄ niſi ſemen dei. 1. thi. 5. vo
lo iuniores nubere. filios ꝓcreare. Altera cā inſtitutionis ē poſt
peccatū in remediū videlicet ꝯcupiſcentie. 1. coꝛ. 7. bonū inquit
eſſet hominibꝰ caſtos manere. ꝙ ſi nō ſe ꝯtinent nubant. me=
lius ē enī nubere ꝙ̄ vri. Tres aūt alie cauſe īſtitutionis eius ſūt
acceſſorie. Prima ē ꝓpter ſolatiū vite. dicit̄ enī gene. 24. ꝙ iſa=
ac acceptā vxorē tm̄ dilexit. vt dolorē qui ex morte mr̄is accide
rat temꝑaret. Secūda eſt ꝓpter pacē hominū. ꝯfederatio enī pa=
cis fit ex mr̄imonio ſic dicit̄ gene. 33. Tercia cā eſt ꝓpter ſalutē
mutuā ꝯiugū. 1. coꝛ. 8. Sanctificatus eſt enī vir infidelis p mu
lierē fidelē. et ecōn̄. B Et nota qꝛ iſte carnales nuptie fiūt
in chana galilee. chana quidē zelus interꝑtat̄. galilea vero dici
tur rota vel trāſmigratio. Celebrat̄ enī matrimoniū in zelo mū
dane rotationis et trāſmigrationis. Zelus quidē id eſt intenſus
amoꝛ parē non patiēs a nuptiis iſtis inſeꝑabilis ē. ſic dicit̄ pro
uer. 6. Zelus et furoꝛ viri nō parcet in die vindicte. nec acquieſ
cet cuiuſquā precibꝰ. ſed zelus iſte amoꝛis debet eſſe modera=
tus. ephe. 5. Viri diligite vxores veſtras ſic chriſtus eccleſiā di=
lexit. Nā viri diligere dn̄t vxores ſuas ſic coꝛꝑa ſua. ymmo vt
ibidē dicit̄. Vnuſquiſqꝫ vxorē ſuā diligat ſic ſeipſum. vxoꝛ aūt
timeat viꝝ ſuū. Zelū enī inoꝛdinatū ꝓhibet quidē a viro. ec.
6. Non zeles mulierē ſinus tui. de zelotipa vero muliere dicit̄
eccle. 26. Doloꝛ coꝛdis et luctus mulier zelotipa. Iſte vero ze
lus mr̄imonialis ē galilee. volubilitat̄ ſcꝫ mūdi huius. vn̄ con
iuges aſſimilant̄ eis qui ſūt ad molā. mat. 24. qꝛ eoꝝ vita gra
ue pondus vertit ſollicitudinis mundi. et iterum quia galilea
tranſmigratio interpretat̄. per hoc dat̄ intelligi ꝙ matrimoniū

durat quamdiu tranſmigrantibꝫ a mūdo tranſmigraturi ſuc-
cedunt. nā in reſurrectione cū iſta tranſmigratio ceſſauerit neqꝫ
nubent neqꝫ nubent̄. ſed erunt ſic angeli dei. vt dicit̄ mat. zz.
¶ Scḋo ponit̄ nuptiaꝝ conuitatus: ⁊ erat mr̄ iheſu ibi. vocatus
eſt aūt iheſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias: quidā: ſcꝫ futuri di
ſcipuli vocati ſunt qui ad verbum iohannis baptiſte audiebāt
chriſtū occulte. ſed omnino poſtea ſecuti ſunt eū. Joſeph aūt vo
catus non legit̄ quia quidā putant eū iam fuiſſe mortuū ⁊ vir
ginē tranſiſſe in cuſtodiaꝫ filij. Nota tria bona eſſe in carnali
matrimonio que intelligunt̄ ꝑ tres iſtos vocatos ad nuptias.
Primū eſt fides caſtitatis vt alter coniugū alteri ſit fidelis. i. cor. 7
Mulier poteſtatē ſui corporis nō habet. ſed vir. Similiter vir
poteſtatē ſui corporis nō habet ſed mulier. Hoc bonū ſignificat
pn̄s caſta mr̄ dn̄i cuius virtuteꝫ ſi nolūt coniuges imitari vt ſint
virgines. ſaltē ſint caſti coniugio. Secundū bonū coniugij ē ſacra-
mentū. Significant eīn iſte nuptie carnales rem quandā ſacrā
coniunctioneꝫ videlicet diuinitatis et humanitatis in chriſto. vel
coniunctionē amoris chriſti et eccleſie. ephe. 5. Sacramentuꝫ hoc
magnū eſt. ego aūt dico in chriſto et in eccleſia. et ideo qꝛ rem
ſacrā deſignat coniugiū. cū timore reuerentie dei fiat. hanc ſacraꝫ
reꝫ deſignat et efficit iheſus qui nuptiis interfuit. qui eīn aliter
coniungunt̄ non hn̄t iheſū in nuptiis. ſed demoniū. thobie. 6. In
eos qui coniugia ita ſuſcipiunt vt deū a ſe ⁊ ſua mente excludāt
et ſue libidini ita vacent. ſic equus et mulus quibꝫ non ē intel
lectus. habet ſuꝑ eos demoniū poteſtatē. Terciuꝫ bonū coniugij
ꝓles eſt ſuſcepta. a deo nutrita et edocta in fide chriſti. thob. 6.
Accipies virginē cum timore dn̄i et amore filioꝝ magis q̄ꝫ li-
bidinis. vt in ſemine abrahe bn̄dictioneꝫ in filiis conſequaris. filij
quippe ſanctorū ſumus et non ita coniungi poſſumus ſic gentes
que ignorant deū. vt dicit̄. 8. eiuſdē. hoc bonū prolis ſignificāt
diſcipuli chriſti futuri. qꝛ proles ſuſcepta educanda eſt in diſci-
plina chriſti. D Tercio ponitur affectus virginis ꝓuenien-
ens ex defectu vini: et deficiente vino: forte beata virgo clam
comꝑit defectū. vel palā omnibꝫ innotuit. qꝛ totū iam haurie-
rant vinū: dixit mr̄ ieſu ad eū: quaſi pia mr̄ cito compaſſione
commota ē recurrens ad filiuꝫ: vinū non hn̄t: pia mr̄ pio filio
ſolū ꝓponit defectū. ſciens abſqꝫ petitione alia ſufficere neceſſita
tem inſinuare. Quarto ponit̄ chriſti ſenſus et prudentia quo
ad duo. quantū vicꝫ ad importunitatē operis euitandā. ⁊ quā
tū ad oportunitatē tp̄is expectandā. ꝓpter primū: et dicit ei ihe
ſus. Quid mihi et tibi eſt mulier: id eſt ſi vinū deficit. quid ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nos pertinet· viderem̄ eñ̄ importuni non petentibꝫ preſt ancts
beneficia. ꝙ ſi ad nos pertinet defectū tollere. non tñ̄ niſi requi
ramur. Et nota ꝙ matrem mulierē vocat. non ꝓpter corrup
tionē· ſed vel ſimpliciter notans diſcretionē ſexus· vel quia vt
mulier cito compaſſa eſt et muliebri pietate defectum vini ꝓpo
ſuit· vnde mulierē nominat ꝓpter mollē affectum. aut etiā mu
lierem vocat feminā fecundam· Quantū vero ad oportunitatem
temporis expectandā ſubdit: nondū venit hora mea: quaſi di
cat ſm̄ criſo. nondum ſciunt conuiue vinū defeciſſe ꝑmitte vt hoc
ſentiant· qui eñ̄ neceſſitatē non preſentit neqꝫ beneficij grandē
ſuſcipit ſenſum· Aliter exponit̄ iſtud: quid mihi et tibi eſt muli
er: id eſt quid ad te ꝑtinet· vnde bern. ſermone· 27· de tempe·
Dicis dñe quid mihi et tibi eſt mulier· quid tibi et illi dñe· nō
ne quid filio mater. quid ad illam ꝑtineas queris cū tu ſis bene
dictus fructus ventris eius immaculati· Nonne ipſa ē que ſal
uo pudore te concepit. et ſine corruptione peperit. Nonne ipſa ē
in cuius vtero nouē menſibꝫ moratus es· cuius virgineis vbe
ribꝫ lactatus es. cū qua duodecim annoꝝ factus de hieruſalem
deſcendiſti· et eras ſubditus illi. Sed aduertendū vt dicit cri
ſo. quia chriſtus valde matrem reuerebat̄ ſubditus illi· vt dicit̄
lu· 2· Sed hoc loco ſic illi reſpondit vt dicit bern· quatenus cō
uerſis ad deū exemplū tribueret. ne cura eos parentū ſollicitet.
Si eñ̄ nos metipſos ꝓpter deū relinquimus. ab eoꝝ ſollicitudi
ne multo magis liberi ſumus· vñ̄ legimus fratrem quendā in
heremo conuerſantē· cum ad eū carnalis frater eius auxilij gratia
aduentaſſet. reſpondiſſe legit̄ vt adiret alteꝝ fratrem eoꝝ. tñ̄
ille vtiqꝫ obiiſſet· Cunqꝫ admiratus eſſet qui venerat et reſpō
deret quia ille obiit· Heremita qꝫ ſeipſum obiiſſe reſpondit· ne
igit̄ plusqꝫ religio poſtulat ꝓpinquoꝝ eſſemus ſolliciti· matri ꝯ
tali matri dñs reſpondit quid mihi et tibi eſt mulier· vel aliter
ſm̄ criſoſto. ne ſuſpecta eius eſſent futura miracula· rogandus
erat ab his qui indigebant non a matre· vel aliter ſm̄ aug· Be
ata virgo quaſi auctoritate materna. exigebat a chriſto miracu
la· ſed quia ipſe non accepit a matre vnde operaret̄ miraculum·
et ideo ait. quid mihi et tibi eſt mulier· quaſi dicens. nihil ha
beo a te vnde faciam qđ petis. nondum aūt venit hora paſſio
nis mee in qua patebit quid mihi ſit a te ſumptū caro videlicet
paſſibilis. ¶ Nota ꝙ in nuptiis carnalibꝫ deficit duplex vi
num· Primū eſt feruoris virginitatis de quo zach· 9. Quid bo
num et pulchrū niſi frumentū electoꝝ et vinū germinans vir
gines hoc eſt muſtū ſpiritusſancti quo iebriant̄ quidā vt vxoꝝ

obliuiſcant̄ · hoc quidem vini omnino tollunt carnales nuptie et abundant in eis aque · De quo eccle. 9. Bibe cū gaudio vinum tuū. Iſtud quidē vinum · in principio nuptiaꝝ propinat̄. ſed deficit cito · Succedit eī abundant̄ aqua tribulationis. ſollicitudo ſcʒ mundi · tribulatio carnis · zelus inordinatus. onus debiti. anxietas educande prolis id eſt timor euentus eius · dolor orbitatis eiuſdem · 1 · mach. 9 · Dicit̄ ꝙ nuptie iam bis ꝯuerſe ſunt in luctuʒ · et vox muſicoꝝ in lamentū · Iam bis interpretat̄ mare laceſſens amaritudo eī vite matrimonialis mentē lacerat Et ad lr̄am videmus principia nuptiaꝝ leta · fructū vero mortalitatis et tandē per mortē muſica in luctū ꝯuertit̄. ſed ſi mater dn̄i ideſt fides caſtitatis preſens fuerit ipſa impetrat ꝯſolationē in deo. ſicut ait ſapiens eccle. 25 · Beneplacitū eſt cordi meo. vir et mulier bene ſibi ꝯſentientes.

Secunda pars. ſ

Ecundo cū dicit̄ · dicit mater eius miraculi operatio deſcribit̄ ex eius preparatione. triplicem aūt ponit miraculi preparationē. Primam virginis ſollicitudineʒ virgo eī ſollicite miniſtros admonuit chriſto obedire: dicit mater eius miſtris quodcunqʒ dixerit vobis facite: vnde patet beatā virginem ex verbis filij commotā non fuiſſe · dicentis: quid mihi et tibi eſt mulier. Attende etiā quomodo verba matris virginis ſunt ꝯſona verbis patris celeſtis. Ipſe eī de nube clamauit mat. 17 · Hic eſt filius meus dilectus · in quo mihi bene complacui. ipſum audite. Similiter et beata mater nunc ait miniſtris. quodcunqʒ dixerit vobis facite. Secure que precepit faciamus · ſunt eī ſalutaria monita quia iheſus ſalutaris eſt. exo · 21 · Omnia que locutus eſt dn̄s faciemus et erimus obedientes. Quanta vero ſit ſollicitudo eius implere precepta. ipſe ait · mat · 7 · Omnis qui vult audit verba mea. et facit ea. aſſimilabit̄ viro ſapienti · qui edificauit domū ſuam ſupra petrā Secundo ponit vaſoꝝ promptitudinem: erant aūt ibi lapidee idrie. Eſt aūt idria vas aquatile ſic ipſum nomen inſinuat · Dicitur eī ab idor quod eſt aqua. Hoꝝ aūt vaſoꝝ primo deſcribit multitudineʒ: ſex: Itē officium: poſite ſm purificationē: id eſt ꝓpter ablutionē iudeoꝝ · nam vt dicit̄ mat. 7 · Omnes iudei niſi crebro lauent manus ſuas non manducant. et a foro redeuntes · niſi baptiſent̄ non comedunt · et alia multa que tradita ſunt illis obſeruant · baptiſmata calicum et vrceoꝝ et eramentoꝝ et lectoꝝ · Quia ergo tantis vtebant̄ ablutionib9 · ideo poſite erant idrie in ꝯuiuio nuptiaꝝ · ſm purificationem iudeoꝝ.